

**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &  
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

**Molina, Luis de**

**Lugduni, 1622**

Articvlvs II.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73915)

res perfectè cognoscitur, cùm omnes eius cause percipiuntur.  
Tertiò, homo naturaliter potest cognoscere, obiectum intellectus esse ens, in Deoque perfectissimè cerni rationem entis velut in fonte, à quo omnia emanarunt, atque ad eò eminenter continentur: sed ultimum finis cuiusque potentia consistit in eo, in quo perfectissimè cernitur ratio obiecti, siquidem circa illud idem nobilissimus potentia actus versatur: ergo naturaliter potest cognoscere, Deum esse ultimum finem intellectus, & ex consequenti etiam hominis, cùm intellectus sit suprema, & nobilissima hominis potentia.

communis opinio. **B** **S**cotus q. 1. prologi conuenit cum D. Thoma hoc loco, ultimum finem nostrum esse nobis naturaliter ignotum, & eadem est communis sententia doctorum. Quæ planè colligitur ex duobus testimoniis Isaiae & Pauli, quibus eam circa conclusionem D. Thomæ disputatione prima comprobavimus. Confirmatur deinde, quia naturaliter difficultè admodum poterant homines suspicari, intellectum nostrum per diuinam potentiam posse euichi ad diuinam essentia visionem. Atque licet id suspicarentur fieri posse, cùm sit tam excellens, ac extraordinarium donum, pendeatque ex sola libera voluntate Dei, quam sine revelatione non potuerunt cognoscere, viisque solis viribus naturalibus, nullo modo poterant scire sic Deum re ipsa statuisse. Si namque Iohannes, postquam ex revelatione diuina hoc cognovit, tantam Dei gratiam & munificientiam admirans, quod nos sibi filios & hæredes ad beatitudinem, quæ quidem ab ea, qua ipse beatus est, non dissimilis est, adoptauerit, i. sua can.ca. 3; in hac verba erupit. *Videte fratres qualem caritatem dedit nobis Pater, ut filij Dei nominemur & simus.* Additique, *Nunc filij Desumus, & nondum apparuit quid erimus: scimus, quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum, scimus isti, qui fieri poterat, ut mortales solo lumine naturæ illustrati rem tantam cogitando aequi possint.* Profectò in cor hominis nunquam, vt Paulus ait, *ascendisset, nisi dinuntius foret revelatum.*

Fatetur equidem, vt confonum, ac non alienum à ratione se offere, quod sapientissimus Deus premium iusti post-hanc vitam, & supplicium malis constitutum habeat: quod tamen premium sit supernaturale, ac tam excellens, id est sanè, quod dicimus in cor hominis solo lumine naturali ascendere non potuisse.

Scoti opinio. **E** **S**cotus cum quibusdam aliis existimat, in nobis esse propensionem naturalem, ante omnem actum elicitem, ad beatitudinem supernaturalem: quemadmodum in lapide est inclinatio naturalis ad centrum, atque ad eò beatitudinem esse nobis naturali quoad appetitum & potentiam paucissim, licet non quoad affectionem & potentiam actuam.

Quid ad pri- sum argu- mentum in pofsum. Scoti re- fonda- dat. **F** **H** **Q**uare ad primum argumentum initio proposi- tum, admissio antecedente & prima consequenti, negat minorem, fateturque aliquid naturale esse in homine, quod ab eo naturaliter non possit cognosci, videlicet propensionem illam ad beatitudinem supernaturalem. Ratio, inquit, est, quia homo ea solu- lum potest naturaliter cognoscere, ad quæ alius- intelligendo potest ex his, quæ sensu percipit: nihil autem sensu percipi potest, quod nos in cognitionem propensionis ad beatitudinem, de qua lo- quimur, deducere valeat. Hac tamen solutio, licet, quod ad homines attinet, satisfaciat, in angelis tamen locum non habet: cùm non indigant sensu ad cognoscendas res spirituales. Quare vel tenetur di- cere Scotus, Angelos naturaliter posse cognoscere,

A tum suam 3 m. etiam nostram beatitudinem sitare esse in visione diuinae essentiae, quod nullus prof- Etò adhinc, oppositumque huius videtur probare, ratio, quod ostendimus, id homines naturaliter non posse cognoscere; vel tenetur dicere, aliquid naturale Angelis & hominibus inesse, quod naturaliter ab Angelis percipi non possit, propensionem scilicet naturalem, de qua disputamus, ac proinde neque Angelos neque homines ab illa mente creata posse naturaliter comprehendendi, quod non facile est ad- mittendum.

Quid ad se- cundum re- spondat Scotus. **B** **S**cotus q. 1. prologi conuenit cum D. Thoma hoc loco, ultimum finem nostrum esse nobis naturaliter ignotum, & eadem est communis sententia doctorum. Quæ planè colligitur ex duobus testimoniis Isaiae & Pauli, quibus eam circa conclusionem D. Thomæ disputatione prima comprobavimus. Confirmatur deinde, quia naturaliter difficultè admodum poterant homines suspicari, intellectum nostrum per diuinam potentiam posse euichi ad diuinam essentia visionem. Atque licet id suspicarentur fieri posse, cùm sit tam excellens, ac extraordinarium donum, pendeatque ex sola libera voluntate Dei, quam sine revelatione non potuerunt cognoscere, viisque solis viribus naturalibus, nullo modo poterant scire sic Deum re ipsa statuisse. Si namque Iohannes, postquam ex revelatione diuina hoc cognovit, tantam Dei gratiam & munificientiam admirans, quod nos sibi filios & hæredes ad beatitudinem, quæ quidem ab ea, qua ipse beatus est, non dissimilis est, adoptauerit, i. sua can.ca. 3; in hac verba erupit. *Videte fratres qualem caritatem dedit nobis Pater, ut filij Dei nominemur & simus.* Additique, *Nunc filij Desumus, & nondum apparuit quid erimus: scimus, quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum, scimus isti, qui fieri poterat, ut mortales solo lumine naturæ illustrati rem tantam cogitando aequi possint.* Profectò in cor hominis nunquam, vt Paulus ait, *ascendisset, nisi dinuntius foret revelatum.*

Repondeatur argumen- tum initio propo- sitis. **C** **A**d 1. Ad secundum, quicquid sit de minori, negat opini- me Capreolus consequentiam. Ratio est, quia ad perfectam cognitionem alicuius naturæ, satis est pe- netrare omnes eius causas naturales: vnde opus non est finem supernaturalem agnoscere.

Ad 2. **T**ertium argumentum, si quid probat, solum co- cinctum Deum cognitione lumine naturali. Sce- ducendum est, quod non latuit Aristotelem 10. Ethicorum, & 11. Metaph. cùm supremam felicitatem nostram in hac vita, in contemplatione substantiarum separatarum praæfertim Dei Optimi Maximi, confituit Philosophi etiam, qui immor- talitatem animorum posuerunt, atque de statu illorum in futura vita differuerunt, in quibus est Tullius li. 1. Tuseulanarum quæstionum, in contemplatione naturali rerum, maximè celestium, felicitatem no- strarum mentium à corpore separatarum colloca- fuerunt. Non verò probat argumentum, ab homine solo lumine naturali posse cognosci, ultimum finem ad quem supernaturaliter sit perducendus, in claro Dei contumitu positum est. Reliqua qua in hoc articulo dici poterant, commodiū ad quæstionem 12. articulo primo differenterunt.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum sacra doctrina sit scientia.*

### DISPUTATIO I.

**H**oc loco sacra doctrina codem modo sumi- tur, ac in præcedente articulo, videlicet, vt

Sensus qua- si. **F** comprehendit habitum principiorum & conclusionum. De ea verò sic sumpta querit D. Thomas virtus sit scientia quoad habitum conclusionum, vt ex corpore articuli patet: quod habitum namque principiorum scientiam non esse, perpicuum erat.

Principia in Theologia quoniam sint. **V**t verò articulo præcedente dicebamus, in hac doctrina principia sunt ea omnia, quæ immediate, & in se à Deo sunt reuelata. Hac autem ea tantum sunt, quæ in libris canonici continentur, & in super- traditiones, quæ extra Scripturam sacram, vt certò à Deo reuelata, in Ecclesia conservantur.

Quoniamdam sententia. **N**on desuerunt, qui dicereunt, definitiones etiam illas

## 8. Quæst. j. Artic. ij. Disput. j.

illas esse inter principia Theologiae computandas, quibus Ecclesia aliqua statuit, quod ea videat ex reuelatis evidenter deduci, quale est illud in Christo Domino duas esse voluntates, diuinam & humana-  
nam, quod licet in sacris literis non sit expressum, inde tamen evidenter colligitur. Mouentur ea ratione, quoniam sicut Paulo, & aliis Scripturæ sacrae autoribus adfuit Spiritus Sanctus, ut in iis, quæ scri-  
bebant, à veritate nulla ratione defleterent: ita Ecclesia adest, ut non erret in iis, quæ certa esse defini-  
nit, quare sicut conclusiones, quas Paulus ex aliis deducuntur, ut quid Deus non longe sit ab unoquoque nostrum, & quod in eo mouemur & sumus. Item quod resurrexio mortuorum sit futura, et quod Christus re-  
surrexit, habent rationem principiorum immediatae reuelatorum, eo ipso quod asserta sunt à Paulo: ita conclusiones, quas ex eo definit Ecclesia, quod videat eas ex reuelatis evidenter deduci, erunt principia immediate reuelata, hoc ipso quod ab ea defini-  
natur.

A.B.7.  
Cor. 1.5.

Rejicitur.

Solutio  
gumenti.

Dubitatio.

Solutio.

sunt una integra causa sufficiens, ut efficiant certitudinem conclusonis, gignunt assensum conclusonis certum. Quia vero evidens assensus vnius tantum præmissæ, & bonitatis consequentia, non sunt causa sufficiens ad evidenter assentendum conclusio-  
ni, id est id præstare non possunt. Denique quoniam, ut aliquis actus sit supernaturalis, necesse non est, ut omnes causæ, que ad illius productionem, quoad substantiam actus necessaria sunt, sint etiam super-  
naturalis, sed fatus est, si aliqua supernaturalis concurat: consequens est, ut assensus conclusonis, pro-  
ductus ex assensu vnius præmissæ de fide & alterius cognite lumine naturali, cum assensu naturali bonitatis consequentia, supernaturalis sit & proprius Theologiae, non solum quia supernaturalis est, sed etiam quia certus est & inevidens, & de obiecto ac materia Theologica. Quod vero latius sit concursus vnius cause supernaturalis ad efficaciam actum supernaturalem, manifestum est. Actus enim contritionis ex solo auxilio, & concursu supernaturali, quo causa naturales adiuuantur, efficacit supernatura-  
lis: & actus fidei, spei, & caritatis supernaturalis, ex solo concursu habitus supernaturalis, aut aliquis auxilijs supernaturalis cum causis naturalibus, semper supernaturalis eundat.

B

Ex his patet, communè illud pronuntiatum, Conclusio sequitur debiliorem partem præmissarum, intelligendum esse quoad effectus qui pendent ab utraque præmissa, ut sunt certitudo & evidencia: fucus autem quo ad effectus, qui ab utraque præmis-  
sa non pendent, cuiusmodi est assensus esse super-  
naturalis, ut explicatum est.

C

Illud admonuerim, licet propositiones omnes im-  
mediate reuelatae sint principia in Theologia, qua-  
dam tamen earum esse præcipua principia, ut sunt articuli fidei, qui in Symbolo Apóstolorum capita-  
les proponuntur, ut ab omnibus fidelibus memoria  
teneantur, reliquas vero propositiones de fide esse  
principia, minus tamen præcipua, inter quas diuersi  
ad huc gradus possunt constitui. Conclusiones au-  
tem Theologiae, erunt propositiones omnes, quæ ex  
omnibus hisce principiis deducuntur.

D

Ad rationem igitur prioris sententiae responden-  
dum est, alio atque alio modo Spiritum sanctum  
adfuisse autoribus Scriptura sacra, ac modo præ-  
fens est Ecclesia, ac summo ipsius capitaculo proinde  
negandum est, conclusiones, quas Ecclesia ex im-  
mediate reuelatis deducit, eodem modo inter prin-  
cipia Theologiae esse connumerandas, ac cōplexio-  
nes eas, quas Paulus ex aliis, in suis scriptis colligit.

E

Quæres ergo, quoniam habitu assentiuntur fide-  
les conclusionibus ab Ecclesia ex reuelatis definitis,  
si illis habitu fidei immediata non assentiuntur: Re-  
spondet, si sciant illas deducere ex reuelatis, ut eas  
deducit Ecclesia, duplicit via assentiuntur illis per  
habitum Theologicum. Altera, eo ipso discursu, quo  
eas, non secus ac ipsa Ecclesia, deducuntur. Altera, per  
hunc alium discursum autoritati Ecclesia inniten-  
tem doctis & infidocis communem, Ecclesia errare  
nequit in suis definitionibus: hoc vel illud ab ea de-  
finiut est: ergo est certum ac verum.

F

Diximus haec tenus, solas propositiones reuelatas,  
censi principia Theologiae. Nec obstat, quod si  
quando ex una propositione de fide, & altera cui-  
denter ~~in~~ natura lumine, colligatur conclu-  
sio propriæ Theologiae: eiusmodi enim proposicio  
non proprium, sed peregrinum principiū in Theo-  
logia habendum est. Quia vero in ea euenter assen-  
sus propositionis de fide, & alterius cognitæ lumine  
naturali, atque assensus bonitatis consequentia, in  
hoc conuenient, quod omnes sunt certi, & ideo

A

sunt vna integra causa sufficiens, ut efficiant certi-  
dinem conclusonis, gignunt assensum conclusonis certum. Quia vero evidens assensus vnius tantum præmissæ, & bonitatis consequentia, non sunt causa sufficiens ad evidenter assentendum conclusio-  
ni, id est id præstare non possunt. Denique quoniam, ut aliquis actus sit supernaturalis, necesse non est, ut omnes causæ, que ad illius productionem, quoad substantiam actus necessaria sunt, sint etiam super-  
naturalis, sed fatus est, si aliqua supernaturalis con-  
curat: consequens est, ut assensus conclusonis, pro-  
ductus ex assensu vnius præmissæ de fide & alterius cognite lumine naturali, cum assensu naturali bonitatis consequentia, supernaturalis sit & proprius Theologiae, non solum quia supernaturalis est, sed etiam quia certus est & inevidens, & de obiecto ac materia Theologica. Quod vero latius sit concursus vnius cause supernaturalis ad efficaciam actum supernaturalem, manifestum est. Actus enim contritionis ex solo auxilio, & concursu supernaturali, quo causa naturalis adiuuantur, efficacit supernatura-  
lis: & actus fidei, spei, & caritatis supernaturalis, ex solo concursu habitus supernaturalis, aut aliquis auxilijs supernaturalis cum causis naturalibus, semper supernaturalis eundat.

B

Ex his patet, communè illud pronuntiatum, Conclusio sequitur debiliorem partem præmissarum, intelligendum esse quoad effectus qui pendent ab utraque præmissa, ut sunt certitudo & evidencia: fucus autem quo ad effectus, qui ab utraque præmis-  
sa non pendent, cuiusmodi est assensus esse super-  
naturalis, ut explicatum est.

C

Illud admonuerim, licet propositiones omnes im-  
mediate reuelatae sint principia in Theologia, qua-  
dam tamen earum esse præcipua principia, ut sunt articuli fidei, qui in Symbolo Apóstolorum capita-  
les proponuntur, ut ab omnibus fidelibus memoria  
teneantur, reliquas vero propositiones de fide esse  
principia, minus tamen præcipua, inter quas diuersi  
ad huc gradus possunt constitui. Conclusiones au-  
tem Theologiae, erunt propositiones omnes, quæ ex  
omnibus hisce principiis deducuntur.

D

Diximus de principiis propriis Theologiae. Illud nunc addendum est, cum vniuersaliter scientia sit, non solum proponere, & explanare sua principia, si obscura sint, sed etiam ea via, qua potest, contraadversarios probare (præteritum si scientia suprema sit, qualis est inter naturales Metaphysica, & inter omnes diuina Theologia) eademque defendere contra-  
rias rationes dissolviendo, inde effici, ut à munere Theologæ aliena non sint, quæ sequuntur.

E

Primum, in sacris literis, Concilii, atque definitionibus sua principia indagare, quaerendo verum sensum & interpretationem sacrarum literarum, modò ex proprietate sermonis (ad quam rem maximè peritia linguarum conducit) modò ex antecedentibus & consequentibus, modò ex collatione diuer-  
sorum locorum, qui inter se vel consenserunt, vel re-  
pugnare videtur, modò ex interpretatione Sanctorum Patrum: qui in Germano sensu sacrarum Scriptu-  
rarum inquirēdo, multū dīctū, versati sunt, magnō-  
perēque à Deo ea in re adiuti, & illustrati fuerunt, atque ex aliis rebus, quæ ad id possunt conducere.

F

Secundum sua principia suadere, quod facilius & promptius homines ad ea credenda inducantur. Idque interdum per rationes omnibus principiis confirmandas communes, qualia sunt miracula in fidei confirmationem effecta, noui & veteris Testa-  
menti mira concordia, religionis Christianæ cum aliis sectis collatio, atque alia quæ suo loco expla-  
nabuntur.

Logicum pre-  
nuntiatum  
exponitur

qua finis  
principia  
Theologica  
magis praci-  
pua.

Varia The-  
ologie mune-  
ta explica-  
tur.

nabuntur. Interdum vero, per rationes singulis peculiariis, ostendendo quam consentiant singula cum lumine naturali demonstrari possunt, ut Deum esse, esse unum, esse principium omnium rerum, &c. pro aliorum vero confirmatione, adducendo suationes, rationeque probables, quantum cuiusque natura patitur.

Tertium, aduersus eos, qui quædam principia negant, & alia admittunt, ex admissione negata ostendere: quo pacto contra Iudeos: eteri testamento demonstratur, quæ in nouo continentur, & aduersus hereticos ex iis, quæ concedunt, ostenduntur, quæ ipsi inficiantur.

Quartum, rationes endare, quæ vel adducuntur, vel adduci possunt, ad dogmata fidei impugnanda. His de causis August. 14. de Trinitate c. i. aliter. *Theologia fidei saluberrimam gigni, nutriti, defendi, laborari, vi articulo precedentem fuisse dictum est.*

His, si placet, adiungito, ut reliquarum scientiarum, ita & huius disciplinae proprium esse, ex suis principiis deducere suas conclusiones. Ab ipsiusque munere alienum prorsus non esse, pertractare quædam, quæ licet ad alias scientias pertinente, coniuncta tamen, & quasi antecedentia sunt iis, de quibus ex proprio munere disputat, ex quarum proinde cognitione, cognitio fuarum rerum pendet, vt agere de virtutibus & vitiis moralibus, de bonitate & malitia humanorum actuum, ut viterius ostendat, ubi sit peccatum lethale aut veniale, & quibus operibus existens in gratia mereatur incrementum gratiae, atque beatitudinis, &c.

Aureolus re-  
futans.

Ex dictis, quæ sequuntur, percipi possunt. Primo, non recte Aureolum apud Capreos. i. q. prologi in argumentis contra primam conclusionem asseruisse, articulos fidei non esse principia, sed quasi conclusiones Theologiae; ea nimur ratione duictum, quod D. Thomas sape moueat quæstiones de articulis fidei, ut verum Deus sit, ut trinus sit trinus, &c. & August. libros de Trinitate magna ex parte in expounding, suadendo, ac defendendo articulo sanctissime Trinitatis, insumat. Id enim non ex eo faciunt, quod articuli fidei non sint suapte natura principia Theologiae; sed quod ad Theologiam, ut dictum est, etiam pertinet explicare, probare, defendere, suadere, que sua principia quoad fieri potest, etiam rationibus à natura petitis, quod præstant prædicti Patres, ut iuxta admonitionem, *parati sint Christiani satisfacere omni possemit rationem de ea, qua in ipsis est fide.*

Theologia  
qua sensu di-  
cere debet in  
tellec-  
tu pri-  
orum.

Secundo, Theologiam quo ad intelligentiam Scripturarum sanctorum, Conciliorum, aliarumque definitionum, quibus declarantur quæ sint de fide, tanquam immediate reuelata à Deo, non scientiam, sed intellectum principiorum dici debere. Quod si evidenter attingatur verus sensus literalis, comparatur quidem fides, quæ est principium Theologiae certum & inevidens: si autem de vero sensu solum probable feratur iudicium, principium duntaxat probable habebitur.

Tertio, Theologiam quoad discursus, qui rationibus naturalibus in ea sunt, vel ad probanda principia, aut confirmandas conclusiones, vel ad probandum aliud antecedens ad ea, de quibus Theologia tractat, interdum esse scientiam, interdum vero opinionem. Ceterum ut huiusmodi rationes propriæ non sunt Theologicae facultatis, sed emendatæ ab aliis scientiis, quibus sibi famulantibus uti solet, ut habes art. 5. ad secundum, ita habitus, quos generant, non sunt Theologici, sed eiusdem speciei cum habitibus earum scientiarum, à quibus rationes sunt petiti. Primum patet ex eo, quia in Theo-

logia tam circa ea, quæ ad contemplationem pertinent, ut Deum esse, esse creatorem, &c. quam circa mores, ut furcum esse malum, homicidium esse illicitum, &c. sunt rationes merè naturales, quarum quædam sunt demonstrationes, & generat scientiam, alia solum sunt probables, & generant opinionem.

Secundum vero similiter ex eo constat, quia huiusmodi rationes prorsus eadem sunt cum illis, quæ sunt in scientiis naturalibus, & easdem conclusiones inferuntur: ergo generant eundem habitum, quem in propriis gignere solent. Confirmatur deinde, quia processus proprius Theologiae, est ex revelatis: ergo huiusmodi rationes merè naturales, neque propriæ sunt Theologicae, neque habitum Theologicum producere possunt.

Quarto, Theologiam quoad discursus propriæ Theologicos, quales sunt, qui ex una vel pluribus propositionibus reuelatis aliquid concludunt, complecti multas opiniones, ut habere solent ferre omnes scientias naturales. Probatur, quia aliquando procedit quidem ex propositionibus reuelatis, sed non in sensu, quem confert esse literalem, & intentum ab Spiritu sancto: huiusmodi autem propositiones, ut dictum est, sunt principia probabilia, quæ non nisi opinionem possunt generare: aliquando vero licet procedat ex aliqua, in sensu quem confat esse de fide, assumit aliam minimè reuelatam atque inevidenter, aut conclusionem consequentiæ inevidenter deducit: huiusmodi autem discursus solum opinionem generare possunt.

In quo consi-  
dere quæsti-  
onem proposita  
difficilliam.

Quinto, totam difficultatem quæstionis, utrum Theologia sit scientia, in ea sitam esse, utrum scientia sit quoad habitus, qui reliqui discursibus sibi propriis generantur, quales sunt quibus ex vitaque sumptione in sensu, quem constat esse de fide, vel ex una in sensu quem certum est esse de fide, & altera euidenter secundum natura lumen, conclusio euidenter deducitur. Atque hic est sensus quæstionis propositæ à D. Thoma hoc articulo, in eodem sensu, eam ceteri Theologi discutiunt.

Hac igitur de re, sententia D. Thomæ est: Theologiam esse scientiam, ad eam tamen modum, quo disciplina subalternata, quando procedunt ex principiis notis in scientia subalternante, creditis vero in subalternata, dicuntur scientiae: procedit enim Theologia ex articulis fidei, notis quidem euidenter per scientiam Dei, & beatorum: creditis vero in Theologia ex reuelatione diuina. In eadem quoque sententia est Richardus q. 2. prologi, eamque defendunt Capreolus ibid. q. 1. & Caetan. hoc loco.

Sit nihilominus prima conclusio. Si sit sermo de scientia accepta pro habita certo & euidenti, ut ab Aristotele accipi solet, Theologia, qualis in hac vita haberi solet, non est dicenda scientia. Hec est Durandi q. 1. prologi, Gregorij q. 1. artic. 4. Scoti q. 3. in 5. q. laterali, & in 3. d. 24. q. 1. Gabrielis q. 7. Cani 12. de locis c. Soti 1. Posteriorum q. 2. ad confirmationem 7. argum. & in aliorum aliorum. Probatur primo, quia principia non possunt maiorem euidentiam conclusionis gignere, quam habeant in se: sed principia Theologiae sunt articuli fidei, qui, ut fide tenentur, nullam habent euidentiam: ergo nullam euidentiam conclusionis efficient, ac proinde habitus, qui generantur, non erit scientia. Secundum, ut aliquis dicatur scire, necesse est, ut procedat ex principiis sibi euidentibus, aut saltene ex iis quæ sciat reducere ad principia euidentia, alioquin non sciet, cum non habeat demonstrationem ipsorum, ut Aristoteles ait 1. Post. cap. 2. sed principia, ex quibus procedimus in

Theolo-

# 10 Quæst. j. Artic. ij. Disput. j. & ij.

Theologia, neque sunt nobis ex se evidenter, neque scimus illa reducere ad principia ex se evidenter; ergo licet evidenter sit Deo & beatis, per ea nuncquam scientiam comparabimus. Neque credo. Thomam in opposita fuisse sententia, sed id solum voluisse, ut quemadmodum artifex subalternatus, quando procedit ex principiis demonstratis in disciplina subalternante, & ab eo solum creditur, dicitur quodammodo comparare scientiam subalternatam: non quid habitus, quem comparat, scientia vera sit, cum acquiratur ex principiis fide humana accepta, qua opinio quedam est, sed quid comparet eam ex principiis à disciplina subalternante derivatis: ita etiam Theologia nostra quodammodo scientia sit, quatenus principia, ex quibus procedit, deriuantur à scientia Dei reuelantis, cui innituntur. Locutus sum autem in conclusione de Theologia, vt in hac vita à nobis habetur: quoniam Theologia Beatorum, tam quoad principia, quam quoad conclusiones, quas ex eis cognoscit, evidenter immo sit: specie tamen distincta à Theologia nostra.

Secunda conclusio, non solum Theologia nostra, verum & ipsa fides appellari potest, ac debet scientia, & scientia idem est atque cognitio certa, & firma. Hæc est Cani loco citato, & Scotti in 3. d. l. 4. q. i. Arque probari potest primò: quia sacra scriptura talem eam appellat. Luca enim 1. Zacharias loquens cum Ioanne Baptista ait: *Pribus ante faciem Domini;* & addit: *ad dandam scientiam salutis plebeius.* loquitur autem de notitia fidei. lob. 19. scio quid redemptor meus erit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum: id autem non nisi per fidem sciebat. Sapient. 10. dedi illi scientiam sanctorum. Hiere. 3. Dabo vobis pastores, pacientes scientiam & doctrinam. & cap. 9. In hoc glorificatur, qui gloriatur scire & nosse me. Pauli 1. ad Corinth. 2. 3. quando inquit, *sua lingua cessabunt, siue scientia destruetur, nomine scientiae,* vt exponit Cajetanus ad eum locum, intelligit Theologiam. Idem intelligit cap. 12. quando inquit. *Alij datur sermo scientie,* vt vult Augustinus 14. De Trinitate cap. 11. Hieronymus etiam in Prologo Bibliorum ad Paulinum, ad finem cap. 7. scientiam eam appellat. His Doctores Parientes permoti articulo 4. dixerunt, *non plus scientia propter scire Theologiam, ex quo.*

Secundò probatur conclusio, quia si Aristoteles in disciplinis naturalibus, ad scientiam exigit evidenter, id propterea sit, vt cognitio firma sit & certa: at Theologia & fides sine evidenter, firmæ cognitiones sunt, & certae, vt pote quæ diuinæ autoritatibꝫ & scientiæ innituntur, ergo etiam quando de rebus, quarum connexio necessaria non est, habentur, vt quid verbum caro sit factum: aut dies iudicij futura, scientia dici possunt. Id quod Durandus, & Gregorius locis citatis non satis aduerterunt, dum Theologiam à propria ratione scientiæ reiecerunt, quod sapientia de rebus non necessaria. Sicut enim Deus, propter infallibilitatem & certitudinem sive cognitionis, de non necessariis dicitur habere scientiam: ita etiam Theologia propter infallibilitatem & certitudinem, quam ex scientia & autoritate diuina, quibus innititur, nanciscitur, potest dici scientia, quamvis etiam de rebus non necessariis habatur. Quod si Aristoteles in disciplinis naturalibus, ad rationem scientiæ necessitatem obiecto exigit, id propterea fecit, quia certitudo & infallibilitas cognitionis naturalis pendet ex infallibilitate & certitudine, quam obiectum suapè natura debet habere. At quia cognitio diuina ex parte cognoscentis suapè natura est certa & infal-

A libilis, & fides, ac Theologia nostra ex parte scientia & authoritatis diuina, quibus innituntur, sunt suapè natura certæ & infallibilis, non exigunt obiectum suapè natura certum, sed satis est, quod obiectum sit certum & infallibile, ut subest cognitioni diuina: quod complexiones etiam non necessarias posse habere, certo certius constat.

## DISPUTATIO II.

*Vtrum Theologia sit habitus distinctus a fide.*

**S**COTIUS in 3. d. 35. partem negantem amplectitur: *scotia sententia suadetur.* **Primum.** assentit enim cunctum habitum esse, quo assentimur articulis fidei, & conclusionibus, quo ex illis evidenter deducuntur. Confirmari potest hæc sententia. **Primum:** quia assensus, quo huiusmodi conclusionibus assentimur, est assensus fidei: ergo & habitus, quo assentimur, erit etiam fides. Consequenter pater, antecedens probatur: quia est assensus certus & inuidens, quod soli assensui fidei Catholica conuenit.

**Secundò.** error oppositus conclusionibus, que evidenter colliguntur ex articulis fidei, est heres, perinde ac error oppositus fidei articulis: quia de causa, qui negat aliquid, quod evidenter deducitur: ex articulis, merito ab Ecclesiâ tanquam hereticus punitur: ergo habitus, quo assentimur eisdem conclusionibus, est fides Catholica, perinde ac habitus, quo fidei articulis assentimur.

**Tertio.** Theologus, qui ante definitionem Ecclesiæ conclusionem aliquam evidenter sequi ex articulis fidei intuebatur, eodem prorsus habitu assentitur illi post definitionem Ecclesiæ, que antea assentiebatur, nec enim confundens est propter definitionem Ecclesiæ amissile habitum, quem antea habebat: sed post definitionem Ecclesiæ assentitur habitu fidei Catholica, perinde ac ceteris, qui sciunt propositionem illam esse definitam, & nec sunt eam ex articulis deducere: ergo & antea eodem modo eidem assensum præbebat, ac proinde habitus Theologiae, quo illi antea assentiebatur, erat fides Catholica.

**Quartò.** si habitus Theologiae esset distinctus ab habitu fidei, vel esset acquisitus, vel infusus: non acquisitus, quia tunc Theologia non esset scientia supernaturalis: nec item infusus, quia ridiculum videtur asservare, Deum infundere Theologis nouum habitum, quando Theologiam addiscunt: ergo ab habitu fidei non distinguitur.

Contra tamen sententia, vt communior est inter Theologos, ita plausibiliter probabilior: quæ suadet potest. **Primum:** quia ita se habet habitus fidei ad conclusiones que evidenter deducuntur ex articulis, sicut habitus principiorum in humanis scientiis ad conclusiones, quæ inde evidenter deducuntur: sed in humanis scientiis ex assensibus principiorum generatur assensus & habitus conclusionis, specie distinctus ab assensibus & habitibus principiorum: ergo in Theologia ex assensibus articulorum fidei generabitur assensus & habitus conclusionis specie distinctus ab assensu, & habitu fidei articulorum.

Neque satisfacit responsio Scotti loco citato dictantis, disparem esse rationem: quia in Theologia ram articulis, quam conclusionibus inde deductis, assentimur propter autoritatem reuelantem: in scientiis vero humanis, conclusionibus & principiis assentimur propter evidenter, quam habent ex suis terminis.

*Theologia species distincta fidei.*

*Scotti solutione refutatur.*

# Quæst. j. Artic. ij. Disput. ij. & iii. II

terminis: aliam autem esse eidemtiam principiorum, & aliam conclusionum, licet ex illa derivata sit. Non, inquam, satisfacit hæc responso: quia in scientiis non est necesse concludere habere eidemtiam ex terminis, sed satis est, si ei assentiantur ea præcitat ratione, quia sequitur ex principiis eidemtibus. Vnde quemadmodum in scientiis, ex eo, quod ad assensum conclusionis requiritur deducere & consequentia, generatur assensus conclusio-  
nis, & habitus specie distinctus: ita etiam in Theologia idem necessario confundendum est.

Secundò si per possibile, vel impossibile Deus aliqui homini, vel per lumen gloriae, vel quoquis alio modo reuelaret clare fidei articulos, non reuelatis interim conclusionibus, atque inde ille sua industria deduceret conclusiones eidemtia consequentia, assensum & habitum conclusionis specie distinctum compararet: ergo etiam quando Theologus ex articulis reuelatis, sua industria deducit conclusiones, assensum & habitum specie distinctum comparat.

*Scholuntur argumenta pars opusculi*

Pro solutione argumentorum animaduertendum est, quemadmodum in discrimine, quod constiuiti solet inter scientiam, opinionem, & fidem, ut nimirum scientia sit certa & eidem, opinio incerta & inevidens, fides vero certa & inevidens, scien-  
tia sumitur latè, ut comprehendit habitum principiorum & conclusionis, opinio item, ut complectitur opinionem principiorum probabilium, & opinionem conclusionis: ita etiam fidem accipi latè, ut comprehendit habitum articulorum & conclusio-  
num, que inde eidemtia deducuntur. Habitum enim huiusmodi conclusionum, fides quadam dici potest, tum quod sit de rebus certis, & inevidentiis, tum etiam quod sit de rebus reuelatis à Deo, non quidem formaliter, & in se, sed virtute atque in alio, nimirum in ipsis articulis. Fides ergo Catho-  
lica duobus modis accipi potest, uno presé, pro ha-  
bitu & assensu eorum, que immediate, hoc est, for-  
maliter & in se reuelata sunt altero latè, pro habitu & assensu tam horum, quam eorum, que mediate, hoc est, virtute & in alio reuelata sunt, vt sunt conclu-  
siones, que ex articulis eidemtia deducuntur. Confucius enim dicere, de fide esse, quod eidemtia ex articulis fidei deducitur. Atque hoc modo accipiens est D. Greg. Nazianenus s. libro Theologie, cùm asserit, ea, qua eidemtia ex sacra Scriptura colliguntur, perinde habenda esse, ac si in eadem Scriptura expressè continerentur.

*Hab. Catho-  
licam duo  
modis ac-  
cipi posse.*

*Greg. Naz.  
homo exp.  
missus.*

*Reip. Ad 1.*

*Ad 2.*

*Ad 3.*

*Ad 4.*

His premissis, ad primum dicendum est, assensum illum esse fidei latè sumpta.

Ad secundum dicendum est, errorem illum esse heresim sumptam latè, nempe ut opponitur fidei latè, non presé sumpta. Merito autem, qui ita erat, punitur ab Ecclesia: quoniam ignorantia non excusat. Tum quia contradicit his, que videt eidemtia sequi ex articulis fidei, tum etiam quia, ut bene notauit Canis 12. de locis. c. 7. censetur simul habere errorem circa articulos fidei.

Ad tertium dicendum est, Theologum in eo euentu, duplice medio, discutive Theologico al-  
sentiri illi conclusioni: quare admissa maiori, negan-  
da est minor: tam enim ipse, quam cæteri, qui ob Ecclesia definitionem aut authoritatem illi assensum praestant, non habitu fidei, sed Theologie per discursum Theologicum comparante assentiantur, ut disputatione precedente explicatum est.

Ad quartum dicendum est, habitum Theologie esse acquisitum, supernaturalem tamen propter con-  
ditum specie à cursu fidei insula ad illius generationem. Vnde

A colliges, alterius speciei esse Theogiam, quam fi-  
delis acquirit, ab ea, quam comparat hereticus de  
conclusionibus, circa quas non errat: siquidem ad  
huius generationem nulla causa supernaturalis con-  
currit.

## DISPUTATIO III.

*Vtrum Theologia subalternetur propriæ diuinæ  
scientie, & Beatorum.*

*A* D propositam questionem respondendum Partem ne-  
scientia diuina, nec scientia Beatorum subalterna-  
ri. Ratio est, quia vt r. Poste. c. 10. q. 2. ostendimus, Partem ne-  
ad subalternationem propriæ dictam requiritur, ut  
scientia subalternata per principia vnius scientiae  
demonstraret aliquid de subiecto alterius scientie, ut  
Perspectiva & Astrologia, quæ Geometria subalter-  
nantur, per principia Geometriae varias affectiones  
demonstrant de rebus naturalibus, de quibus d'Ap-  
putat Philosophia naturalis. Necessarium præterea est,  
ut præter attributa scientia subalternantis, pre-  
diatur ad demonfrandos vltierius alios effectus,  
qui ex coniunctione attributorum scientie subal-  
ternantis cum subiecto de quo demonstrat, prouen-  
iunt, ut ibidem latius ostendimus. Astrologus enim  
postquam per principia Geometria demonstrat de  
circulis caelestibus, & de aliis huiusmodi, attributa  
Geometria, progreditur vltierius ad demonstran-  
dum eclipses futuras, & durationes earum, ortus  
& occasus signorum, quantitatem dierum ac noctium  
in diversis regionibus, & diversis anni tem-  
poribus. Quod fit, ut subiectum scientie subalterna-  
tis, semper addat aliquid accidentariis subiecto  
scientia subalternantis. Quare cum nostra Theo-  
logia nihil ex principiis scientie diuinae, vel beato-  
rum demonstraret de suo subiecto, sed per sua pecu-  
liaria principia cognita lumine fidei id efficiat, ne  
que demonstraret alia attributa ab iis, que sciuntur  
scientia Dei & Beatorum, nec denique subiectum  
ipsius addat aliquid supra subiectum scientie Dei  
& Beatorum, consequens est, ut non propriæ illis  
subalternari possit.

Nec vero id voluit D. Thomas, sed cum multi-  
fint modi subalternationis impropriæ dictæ.

P *Primum,* quando subiectum vnius continetur sub sub-  
iecto alterius, quo pacto omnes scientias, dicimus  
quodammodo subalternari Metaphysicæ. Secun-  
dus, quando finis vnius ordinatur ad finem alterius, quo pacto artem conficiendorum frenorum,  
dicimus quodammodo subalternari equestri. Ter-  
tius, quando principia vnius, saltem ad eum sensum  
deriuantur ex principiis alterius, cùque innitun-  
tur, quod in scientia inferiori creduntur ex præ-  
cisa autoritate eius, qui per scientiam superioriem  
eidemtia cognoscit, quo pacto principia  
nostræ Theologie, deriuantur ex scientia diuina,  
cùque infallibilitati innituntur. Cùm, inquam,  
his modis subalternari accipi possit, hoc postre-  
mo modo voluit D. Thomas Theogiam nostram  
subalternari quodammodo scientie Dei. Adiun-  
xit, subalternari etiam scientia Beatorum, quia  
multa sunt nobis immediate reuelata à Christo  
& ministerio Angelorum beatorum: Nec autem  
suo etiam modo deriuata sunt ex scientia beata  
animæ Christi & Angelorum, cùque infallibili-  
tati innituntur. Hoc loco esset disputandum, vtrum  
Theologia, quam in hac vita comparamus sit ciu-  
dem speciei cum Theogia Beatorum, & vtrum  
maneat

mancat in patria; partem tamen negatam ytriusque questionis 1.2. quæst. 67. articulo 2. ostendimus.

## DISPUTATIO III.

*Vtrum puro viatori, diuina saltem virtute, communicari posse evidens cognitio articulorum fidei.*

Henricus  
Gandavensis.

**N**omine puri viatoris, intelligitur hoc loco is, qui neque in transitu videt diuinam essentiam. **H**enricus Gandavensis quodlibeto 8. q. 14. & quodlibeto 12. q. 2. supponit, notitiam abstractiūam quantumcumque evidentem, cum actu fidei non pugnare, quamvis intuitiuā cum eo ita pugnet, ut ab eodem intellectu de uno atque eodem obiecto, haberi simus nulla ratione possit. Vnde inquit, si quis fenestrī clausi sola autoritate Astrologi motus, credat hoc temporis momento esse luna eclipsim, & eiusdem clausi fati ci demonstratio, quia id evidenter cognoscatur, nondum amittit fidem humanam, sed simul assentitur eclipsim esse, tam per actum fidei humanae, quā per actum scientiæ, evidentem quidem, at abstractiūam, non verò intuitiuām obiecti. Si vero, inquit, per apertam fenestram intueretur eclipsim, quia comparat notitiam intuitiuā illius, non solum per sensum, sed etiam per intellectum interuenit notitiae intuitiuā sensus, amittit continuā fidei humanam, quā cum notitia intuitiuā de eodem obiecto esse non poterat.

His ita constitutis, affirmat, in proceribus Ecclesiæ esse lumen quoddam medium inter lumen fidei & lumen gloriæ, quo conquiruntur evidentem notitiam articulorum fidei, ac proinde conclusionem, quas inde evidenti consequentia deducunt. Vnde vult Theologiam nostram Scientiam esse evidenter, qualem. Post. Aristoteles definit. Addit tamen, neque notitiam evidentem articulorum fidei, neque scientiam cœlusionum, quæ ex eis colliguntur, excludere à majoribus Ecclesiæ actum fidei inevidentem, quo eisdem articulis assentiantur, quem tamen excludet in patria visio, qua per lumen gloriae eos intuebuntur. Ratio, inquit, est, quoniam notitia evidens articulorum fidei, quæ à puri viatoriis habetur per lumen illud medium, non intuitua, sed abstractiūa est: notitia verò abstractiūa, actum fidei de eodem obiecto, ut dictum est, nullo modo impedit.

Opinio Hen-  
rici Ganda-  
vensis rejec-  
tur.

Hæc tamen opinio merito reiicitur ab omnibus: tum quod quisvis evidens pugnet cum actu fidei de eodem articulo aut conclusione, ut 1. 2. quæst. 67. artic. 3. latè ostendimus, atque ob alias rationes, quas apud Scotorum in 3. d. 24. q. vni-  
ca, & apud Durandum q. 2. Prologi poteris vide-  
re: tum vel maximè, quod lumen illud evidentiam efficiens commentitum sit, & contra experientiam Theologorum & fidelium omnium, qui nullam vñquam in se experientur evidentiam mysterij sanctissimæ Trinitatis & aliorum, quæ solo lumine supernaturali cognosci possunt. Nam si in proceribus inesset, vtique iplos non lateret: vt enim re-  
ctè docet Aristoteles 2. Posteriorum, capite 18. cognitio cognoscitatem ipsum latere non potest. Caetanus 2. Quæst. 175. artic. 5. assertit, Prophetas de duobus habere evidentiam, quando ipsi mysteriis aliquod reuelatur, nimisrum de re reuelata, & quod reuelatio sit à Deo: hanc etiam credit esse opinionem Diu Thoma. Contrarium tamen communiter Doctores affirman, neutrius

Caietanus.

Rafellinus.

A scilicet, eos habere evidentiam, sed tantum certitudinem firmam à Deo per lumen prophetie effectam, quæ nullam interius relinquit, permittive dubitationem, quin & res reuelata vera sit, & reuelatio ipsa à Deo profecta. Atque hoc est, quod vult Diu Thomas locis ibidem à Caetano citatis, & planè tam hæc Caetani, quām Henrici sententia pugnare videntur cum Paulo 1. ad Corinth.

13. vbi docet, quod Propheetia euacuabitur adueniente visione beatifica, & quod scientia defruetur,

Loctus Diu-  
Pauli expo-  
nitur.

quia, vt inquit, per scientiam (hoc est, Theologiae & subinde fidem, cui Theologia innitur) ex parte cognoscimus (quoad modum scilicet cognoscendi, ut exposuimus 1. 2. quæst. 67. artic. 2. quia cognoscimus certò quidem, sed non evidenter) & per prophetiam ex parte prophetamus (itidem quoad modum cognoscendi: quia per prophetiam cognoscimus certò, sed non evidenter) adueniente verò visione beatifica cognoscemus certò & evidenter. Vnde subiungit. Cūm venerit perfectum, cessabit quod est ex parte. Et videremus nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum. Quare Caetanus mutasse videtur sententiam ad eundem locum Pauli, vbi ait, Theologiam nostram in patria non permanessem, sicut neque fidem, è quod nullam evidentiam habeat, quemadmodum nec prophetia.

Principia ergo difficultas huius questionis est, quid dicendum sit de potentia Dei absolute. Scotus quodlibeto 7. partem affirmantem amplectitur, quam vt probet, præmitit ex quodlibeto 6. duplicitem esse notitiam, vnam intuituām, abstractiūam alteram. Intuituā (quam D. Thomas, & alij, visionis appellant) est rei praesens, vt praesens est, id est, quæ suapte natura pendet à praesentia obiecti: cō quod sit notitia experimenti praesentiam obiecti attingens, & non, quia aliunde comprobetur: talis est notitia, que candorem huius papyri conspicio, vel qua sonus auditur: talis est etiam notitia, qua simul illud idem, sensus internus, aut intellectus cognoscit.

Notitia verò abstractiūa (quam alij simplicis Notitia ab-  
intelligentia appellant) est re, non vt est praesens:

Scotus senten-  
tia.

huiusmodi est notitia, qua per sensum internum,

Notitia in-  
tuitionis.

aut intellectum, patris iam demortui recordor:

Notitia in-  
tuitionis.

hoc enim interest, inter notitiam intuituām &

Notitia in-  
tuitionis.

ab abstractiūam sensu interni, quod intuituā fit per

Notitia in-  
tuitionis.

speciem, quam notitia sensitiva externa proxime transmittit ad sensum communem, quæ, vt 3. de

Notitia in-  
tuitionis.

Anima cap. 1. dicebamus, pendet quod conseruationem à notitia sensitiva externa, à qua transmititur: vnde tamdiu permaneat notitia per eam effe-

Notitia in-  
tuitionis.

tia in sensu communi, quamdiu notitia sensitiva externa permaneat. Notitia verò abstractiūa fit per

Notitia in-  
tuitionis.

speciem referuant in memoria sensitiva, reliquat ex priori notitia, vnde ex praesentia obiecti non

Notitia in-  
tuitionis.

pendet. Simile quoque est discriberem inter notitiam intuituām & abstractiūam intellectus: quod

Notitia in-  
tuitionis.

intuituā fit per speciem intelligibilem produc-

Notitia in-  
tuitionis.

etam ex coniunctione intellectus agentis cum

Notitia in-  
tuitionis.

notitia intuituā sensu interni, & ab ea, quamdiu

Notitia in-  
tuitionis.

existit, pendet. Abstractiūa verò fit per speciem

Notitia in-  
tuitionis.

in memoria intellectuāa reliquat ex tali notitia:

Notitia in-  
tuitionis.

vel per speciem productam ex coniunctione in-

Notitia in-  
tuitionis.

tellectus agentis cum notitia abstractiūam sensu interni.

Notitia in-  
tuitionis.

Non solum autem in incomplexis cernitur

Notitia in-  
tuitionis.

notitia abstractiūa, sed etiam in complexis: noti-

Notitia in-  
tuitionis.

tia enim, qua scio triangulum habere tres angu-

Notitia in-  
tuitionis.

los æquales duobus rectis, abstractiūa est, quia per

Notitia in-  
tuitionis.

cam non conspicitur existentia obiecti, cum ab ea abstractatur talis notitia. Notitia etiam, qua philosophus ex effectis per demonstrationem cognoscit Deum esse: aut domi manens oculis fenestrarum, ex propriis causis eclipsium lunae nunc existere, abstractio-ua est: quia licet sit evidens notitia de existentia rei, talis tamen existentia experientia non conficitur conuenire obiecto, sed quatenus aliunde comprobatur, quod si est fenestra videat eclipsum lunae, notitiam intuitivam tam sensu, quam intellectu comparabit.

B Premitit deinde Scotus, per solam notitiam intuitivam diuinam essentia effici comprehensorem: non vero per abstractiuam, quantumcumque evidens ea sit: quia quidem in re omnes conueniunt.

His premissis, probat partem affirmantem, quoniam Deus de potentia absoluta potest alicui communicare notitiam evidentem abstractiuam huius pronunciari, *Deus est trinus & unus*, aut cuiusvis alterius articuli: sed haec non facit hominem, neque etiam in transitu, extra statum viae: ergo potest communicare puro viatori notitiam evidentem articulorum fidei. Minor patet ex dictis, & maior probatur. Tum quia in eo nulla videtur contradicatio: tum etiam quia Paulus post raptum recordabatur se viduam diuinam essentiam, & subinde Deum esse trinum & unum. ergo post raptum habebat evidentiam huius, *Deus est trinus & unus*: & non per notitiam intuitivam, sed abstractiuam, qualis recordatio esse debet: ergo notitia abstractiuam evidens articulorum fidei necessario concedenda est.

Durandi sententia fraudatur. Primi. Par tem negantem sequuntur Durandus 3. quæst. prologi, & ibidem referuntur quædam argumenta Paludani, qui fuit in eadem sententiâ, & Argentinas 3. quæst. Prologi. Quam probant primò. Quia cognitionis evidens deo abstractiuam, vel est magis, aut æquè perfecta, ac intuitiva: vel minus perfecta. Si detur primum: ergo est beatifica: sicut cognitionis intuitiva, quod tamen omnes negant. Si detur secundum: cum Deus de rebus creatis, ab eterno habuerit notitiam abstractiuam earum, & post earum existentiam habeat intuitivam, sequeretur Deum proficere in cognitione, quod etiam dici non potest: non ergo potest haberi talis notitia abstractiuam evidens deo.

Secundò, fieri nequit, vt notitia abstractiuam sit prima, quia semper sequitur aliquam intuitivam, ex qua deducitur: sed in puro viatore non datur cognitionis intuitiva deo, ex qua abstractiuam deducatur: ergo fieri nequit, vt derur abstractiuam. Major probatur, primo inductione, quia Deus cognoscendo intuitivam essentiam suam, cognoscit abstractiuam res, quæ esse possunt, quæque in ea continentur. Homines etiam, dum cognoscunt intuitivam res per sensus exteriores, elicunt deinde tam sensibus internis, quam intellectu, notias abstractiuas. Deinde probatur ratione, quia prima cognitionis necessaria est entis in actu, vt in actu: talis autem est intuitiva: ergo prima cognitionis necessaria est intuitiva. Major probatur, quia non ens non potest cognosci nisi per ens, & ens in potentia cognosci non potest nisi per ens in actu, vt haberetur. Metaphysica.

Tertiò, si talis cognitionis evidens abstractiuam deo haberi posset à puro viatore, tunc aut essentia diuina secundum se immediatè representaretur intellectui viatoris, aut interuentu alterius rei mediae. Si detur primum, erit cognitionis intuitiva, Si secundum, tunc aut medium illud erit medium

A cognitionis, in quo evidenter cognoscatur essentia diuina; aut solum sicut ratio cognoscendi, ad eum modum, quo species sensibilis, aut intelligibilis dicitur medium, quod cognoscimus rem represe-ntatam per eam. Primum dici non potest, quia nullum obiectum creatum potest ducere in cognitionem eorum, quæ sola fide tenemus, vt quod Deus sit trinus & unus. Si detur secundum, cognitionis erit intuitiva: quia quando obiectum est praefens secundum realē existentiam, vt re ipsa est essentia diuina, si representatur per speciem, producitur notitia intuitiva: adveniente enim specie, quæ praesentem colorem repræsentat, continuo color ipse intuitiu conficitur.

B Ex his duabus sententiis prior mihi multo probabilior videri. Vnde ad primum argumentum posterioris dicendum est, cognitionem abstractiuam deo, esse minus perfectam, quam intuitivam. Cùm vero inde inferunt, Deum proficere in cognitione, negandum est id sequi. Nam prater quam quod D. Thomas negat, Deum aliquando habuisse cognitionem abstractiuam eorum, quæ sunt in aliqua differētia temporis, (quod in materia de scien-  
tia Dei est examinandum) in Deo cognitione abstractiuam non est imperfectior, quam intuitiva, perinde atque in hominibus, quod ipsi etiam aduersarij, ve-  
lint nolint, tenentur concedere. Ratio est: quia in Deo una tantum est cognitionis, quæ pro immediato obiecto essentiam diuinam habet, pro mediato crea-turas tam futuras in aliqua differētia temporis, quam nunquam futuras: cognitionem vero illam esse aliquo modo intuitivam comparatione creati-  
rarum, quæ sunt in aliqua differētia temporis, &  
aliquæ etiam modo abstractiuam, seu simpliciis in-  
telligentiæ, comparatione easim, quæ nunquam sum futura, nihil omnino cognitionem diuinam secundum se diversam facit, sed tantum variorio cernitur, quo ad existentiam, aut non existentiam rerum cognitarum.

C Ad secundum dicendum est, notitiam abstractiuam non posse esse primam naturaliter: secus autem supernaturaliter, quo pacto de ea loqui-  
mur. Clarum est enim, Deum mihi posse infundere notitiam abstractiuam alicuius rei, antequam ha-beam intuitivam eiusdem: qualem infundit Prophetis respectu futurorum. Ad primam igitur probationem dicendum est, bene probari, in nobis notitiam abstractiuam naturaliter primam esse non posse. Neque obstat, quod subiungit Durandus, nempe quod si in sensu interno, aut intellectu supernaturaliter esset notitia abstractiuam ante omnem intuitivam sensus externi, tunc sensus inter-nus, aut intellectus haberet immediatum ordinem ad obiectum, ac proinde talis notitia esset intuitiva: ob id namque, inquit, notitia sensus exteri-  
us est intuitiva, quod sensus habet immediatum ordinem ad obiectum. Non, inquam, hoc obstat, quia si notitia habere immediatum ordinem ad obiectum, intelligat eam esse immediatè pro-  
ductam ab obiecto, tunc sensus interfusus neque immediatum, neque mediatum ordinem habet ad obiectum: cum notitia de qua disputamus an esse possit diuina potentia, non sit ab obiecto, sed à Deo supernaturaliter producenda. Prater-  
ea sensus interius, quando ad praesentiam notitia sensitiva externa, remotè mouetur ab obiecto interuentu eiusdem notitiae, format notitiam intuitivam, ut supra diximus: si vero aliquid aliud intelligit Durandus, id explicare debuisset. Ad secundam probationem dicendum est, maiorem

esse veram, si de ordine cognoscendi naturali, non  
verò supernaturali, sermo sit. Atque eodem modo  
ad auctoritatem Aristotelis respondendum est.

Ad tertium.

Ad tertium argumentum dicendum est, effen-  
tiam diuinam in eo euentu immediate repræsen-  
tari in ratione obiecti cogniti; neque inde sequi notitia  
esse intuituam. Quando enim recordor patris  
absenti, notitia illa immediate repræsentat patrem  
in ratione obiecti, quam tamen satis constat non esse  
intuituam. In ratione verò medi, dicendum est  
repræsentari per speciem, quam Deus imprimit; ne-  
quæ tamen inde sequitur notitia esse intuituam.  
Quando enim in praesentia patris clausis oculis re-  
cordor eius, datur quidem species repræsentans, &  
obiectum præsens: notitia tamen illa intuituam  
non est: quia longè diverso modo repræsentat suum  
obiectum species, quæ notitiam intuituam efficit,  
ac species quæ notitiam abstractuam producit. His  
etiam adde, si placet, Deum ciusmodi notitiam sine  
vila specie producere posse, si sumit cum potentia  
cognoscendi concursum speciei supplendo, imme-  
diata ad productionem notitia inflatur.

*Notitia vix  
produci possit  
absque villa  
specie.*

## ARTICVLVS III.

Vtrum sacra doctrina sit una scientia.

## DISPUTATIO I.

**E**N qua acceptance, articulo precedente de  
sacra doctrina disputatum est, vtrum esset  
scientia, sumpta videlicet pro solo habitu  
conclusionum, quæ evidenter deducuntur ex iis,  
quæ manifeste de fide sunt: in eadem querit hoc  
foco D. Thomas, vtrum sit una: intellige, secundum  
speciem. Claram namque erat, Theologia, ut com-  
prehendit etiam opiniones, habitum principiorum,  
& ea, quæ aliis scientiis propria sunt, non esse vnam  
specie: sed tantum vnam vnitatem ordinis, quatenus  
omni ordinantur ad unum finem, videlicet ad me-  
lior cognoscendum obiectum Theologiae, & ea,  
qua ad ipsum attributionem habent: neque aliud  
probant argumenta Durandii 4. q. Prologi, si recte  
expendantur.

Quoniam verò de vnitate specifica scientie, &  
vtrum sit simplex qualitas, fusè disputauimus 1. Po-  
steriorum, cap. 23. 2. de Antin. cap. 4. & 6. Metaphy-  
sicæ: supercedendum duxi ab his questionibus. Si  
quid autem desideratur fuerit, ex iis, que inferius  
disputatione tertia dicemus, petendum erit. Illud ra-  
men hoc loco admonuerim, si habitus Theologiae  
(vt credit Scotus) non distingueretur à fide: tunc  
fanè dicendum esset, habitus Theologiae non fo-  
lüm esse vnum specie, sed etiam esse una simplicem  
qualitatem: constat enim inter omnes Theologos,  
habitum fidei in singulis fidelibus esse vnam num-  
ero ac similiencie qualitatem.

## DISPUTATIO II.

Vtrum rem esse à Deo reuelatam, constituat ra-  
tionem formalem obiecti Theologiae.

**I**LLE nihilominus disputandum est hoc loco,  
vtrum rem esse reuelatam à Deo, sit ratio forma-  
lis obiecti, à qua sumitur vnitas Theologiae. Pro  
parte negante in primis argumentatur Albertus

*versus negans  
questionem*

A Magnus, quia ratio formalis obiecti, est quid exi-  
stens in ipso obiecto: reuelatio verò non est in te-  
stacea: ergo reuelatio, siue esse reuelatum, non est  
ratio formalis obiecti Theologiae.

Secundò, argumentatur etiam Aureolus apud  
Capreolum 2. quæst. prologi in argumentis con-  
tra quartam conclusionem: in hunc modum. Ita  
se habet diuina reuelatio & illustratio ad res co-  
gnitas per reuelationem, sicut se habet illustratio  
intellectus agentis ad eas, quæ à nobis cognoscuntur  
per talem illustrationem: sed res cognitæ per  
illustrationem intellectus agentis pertinent ad di-  
uersas scientias naturales: ergo quæ cognoscuntur  
per diuinam reuelationem, pertinere etiam poten-  
tia ad diuersas scientias, ac proinde reuelatio non  
erit ratio formalis obiecti, à quo sumitur vnitas  
Theologiae.

Tertiò, si Deus alicui homini reuelaret res ma-  
themáticas, ac naturales, infundendo illi scientias  
earundem rerum, vt creditur infundisse Adamo, is  
profecto, non obstante hac diuina reuelatione com-  
pararet multas scientias specie distinctas: ergo in  
Theologia, non obstante diuina reuelatione, esse  
possunt multi habitus specie differentes.

C Postremo, Deus in reuelatione Theologiae subit  
vicem præceptoris: sed ab eodem præceptore potest  
homo accipere multas scientias distinctas: ergo di-  
uina reuelatio non impedit, quin Theologia mul-  
tiplex scientia esse posset.

Pro solutione huius questionis, in primis scien-  
dum est, hoc loco non esse sermonem de obiecto  
Theologiae materiali, quod à philosophis obiectum  
quod nuncupari solet: de eo enim disputabitur articulo 7. sequenti, & ostendemus esse Deum: sed ser-  
monem esse de obiecto formalis, secundum ratio-  
nem scilicet, seu de ratione, sub qua scitur, à quo  
sumi debet vnitatis scientia, vt primo Posteriorum  
explicatum est.

Animaduertendum deinde est, hoc esse discri-  
men inter obiectum fidei, & Theologiae, vt articulo  
precedenti dictum est, quod obiectum fidei  
est reuelatum à Deo formaliter, & in se: obiectum  
verò Theologiae solum est reuelatum virtute, &  
in alio, à quo per evidentem consequentiam de-  
ducitur. Vnde hoc per discursum scitur: illud ve-  
rò non nisi habitu primorum principiorum percipi  
solet.

Notandum tertio, reuelationem diuinam non  
esse rationem sub qua, obiecti fidei aut Theolo-  
giae, sed esse rationem obiectuum attingendi res  
per fidem, aut Theologiam, ad eum modum, quo  
lumen est ratio, vt visus percipiat colores, seu po-  
tius ad eum modum, quo medium demonstratiuum  
est ratio attingendi conclusiones, vt articulo  
7. videbimus. Vnde sicut ratio sub qua obiecti  
visus, penes quam attenditur vnitatis parentes, ne-  
que est color, neque lumen, sed, vt ita dicam, visibili-  
tas: & ratio sub qua obiecti scientie, non est me-  
dium, sed scibilis obiecti scientie, quæ quan-  
dóque in obiecto est diuera pro diuersitate mediij,  
vt 1. Posteriorum cap. 23. explicatum est: ita etiam  
ratio sub qua obiecti fidei, & Theologiae non est re-  
uelatio ipsa, sed cognoscibilis per reuelationem,  
qua in rebus ipsis reuelatis, facta diuina reuelatio-  
ne, resultat.

Sciendum quartò, quod, cum hereticus, qui  
caret fide infusa, assentiat artitulo sanctissime  
Trinitatis ex eo, quia per Christum id reuelatum  
est Ecclesia à Deo: & Catholicus per fidem in-  
fusam eadem ratione eidem assentiat: conse-  
quitur,

*De quo obie-  
cto sit hoc lo-  
codispositio.*

*Ratio for-  
malis obie-  
cti fidei.*